Oratio de electione Epiſcopi.

ralia iudicia ⁊ ſecularia/alijs de eccleſia cō
temptibilibus ſemper demandaſſe/nunq̄
cum baculo iudiciali cauſas prophanas
tractaſſe. Neq̄ turpis lucri cupidum fuiſ/
ſe/ita vt nec nominaretur/quicquid que/
ſtum aut cupiditatem ſaperet. Neminem
neq̄ per ſe neq̄ ſuos officiales concuſſiſſe
a nemine pecuniam extorſiſſe/nō crimina
non ſancta illic vendita fuiſſe/neminem il
lic calumnioſis actionibus/ proditionibꝰ
ex cupiditate oppreſſum aut incarceratum
fuiſſe. Tandem oſtendendum eſſet ꝙ bene
prepoſitus fuerit domui ſue/⁊ nō in fami
liam ſuam aſſumpſiſſe/niſi (ſicut Moiſes
ad concilium Jetro) qualificatos viros/
quomodo ſcꝫ ſibi prouiderit de omni ple/
be/viros ſapientes ⁊ timentes deum/in q̄/
bus erat veritas/⁊ qui oderant auariciā/
⁊ ex his conſtituerit ſibi officiales diuerſi
generis/nullum concubinarium/ nullū in
beneficijs pluralem/ diuina promouētes/
probos amantes ⁊ fouentes/ oſores vici/
orum/virtutum amatores/ viſitationes/
ſynodos/⁊ alios epiſcopij cerimonias/nō
fantaſias appellantes/ſed animarum me
dicinas. Hec inquam recenſeri ⁊ in lucem
producere exigeret hec ſecunda pars ſermo
nis. Sed ingeniū hebes/imperitia deniq̄
⁊ temporis breuitas me deficiunt/vt hoc
perficere nō poſſiꝫ. Ecce ei hora iam lapſa
eſt/⁊ ſatis diu im̄o ſupra ꝙ ſatis eſt/aures
veſtras moleſtaui. Porro ſi mihi lingua
Tullij/Chriſoſtomi os/ferrea vox/lingue
oraq̄ centum cum Senece memoria ſup/
peteret/profecto inſufficiens adhuc eſſem
ad hec oīa oſtendēda. In aliud igitur tem
pus hoc differendum ⁊ alij perſone mores
eius melius ꝙ ego/ſcienti/hoc orandi mu
nus deferendum eſſe cenſui. Ego loqui ceſ
ſo/a pulpito diſcēdo/vado. Dixi. Valete.

¶ Feria ſexta ipſa die ſancti Di
oniſij mane hora octaua poſt
Miſſam ſancti Spiritus in
loco Capitulari/ad electores
Epi/in vulgari theutonico
preſentibꝰ ibidem .xvi. Ca
nonicis. Anno. 1506.

Exhibeo in manda
tis a vobis Venerabilibus ⁊ cle
mentibus Dominis meis/
vt ad vos exhortationem fa/
ciam/ quis ad quod propoſitum fieri de
beat/certior factus nō ſim/ſuſpicor tamē
quod ad eum finem/vt moueamini ad ele
ctionem Epiſcopi qui fiat deo ⁊ populo
placidus. Mallem vt alius quiſpiā hanc
ſuſcepiſſet prouinciam/tamē quia ita vul
tis/iuſſione veſtro ſtudebo. Conſiderans
autem huius electionis qualitatem/viſuꝫ
eſt mihi in primis/vt Domini mei habe/
ant in eligendo puram intentiōem. Ne mo
ueat eos carnalis aut ſocialis fauor. Non
temperalis vtilitas. Non carnalis volup/
tas.

¶ Non moueat dominos meos fauor
ſanguinis. Ecce omnes confederati eſtis
ſanguine. Reperiuntur inter vos fratres
germani. Reperiuntur patrui Nepotes/
cōſobrini. Sed ⁊ alijs attinentijs cōſang
uinitatis ⁊ affinitatis propinqui/ hec om
nia/hac hora electionis ſecludi debent ab
amicis veſtris/ ⁊ ſimplici ⁊ puro animo/
querendi dei gloriam ⁊ animarum ſaluteꝫ
eligere ad hoc aptiorem ⁊ vtiliorem. Chri
ſtus Dominus electurus in Epiſcopum
animarum/ante ſe habuit Joannem con/
ſobrinum ſuum/ habuit ⁊ beatum Petrū
nihil ſibi attinentem. Et ecce Petrum in
Epiſcopum elegit animarum. Joannem
autem in matris cuſtodem.

Non moueat dominos meos deinde vtili
tas tempalis per ſimoniam procurata/per
promiſſiones factas eis de futuro ſi talem
vel talem elegerint. Neq̄ ꝓpter preteritas
vtilitates acceptas aut preſentes.

Non moueat eos ſocietas aut voluptas
quam ſperant ſibi nō intercipi ſi elegerint
hunc/ſecus ſi alium elegerint. Longe ſit
hec eligendi intentio.

¶ Domini mei cauti ſint ſecundo de ele/
ctionis modo vt legittime et concorditer fi
at/aut per viam ſcrutinij/aut per viam
compromiſſi nudi/aut per viam compro/

miſſi determinati/quam appellant mixtam aut per viam quaſi ſpiritus ſancti/aut per viam ſpiritus ſancti. Ne ſi neutram harũ aſſumpſerint electio ſit ipſo iure nulla/aut a papa anullanda ꝛ caſſanda. Caueant diligenter ne ductores fiant illorum ſeductores. Ego in hoc nullam cauſam habere video. Juris peritus non ſum. Scio autem ꝙ in his neceſſaria eſt magna circumſpectio et cautela in teſtibus probis et compromiſſarijs fidelibus.

¶ Domini mei mentem eleuare debent ꝛ cauere ab errore/ne putent/muros vrbis/arces/oppida/et villas eſſe epiſcopatum/quemadmodum multi carnales putant/ꝛ laicales animi. Sed homines ipſi/in ipſis habitantes/ipſi ſunt epiſcopatus. Capituluz Argentiñ. non ſtuba eſt ſed domini hic preſentes. Ciuitas Argentiñ. non muri et domus eſt ſed habitantes in ea/Grex non ſtabulum eſt ſed oues ꝛ boues ꝛc.

¶ Domini mei conſiderent ꝙ hic epiſcopatus id eſt congregatio illorum hominuz ꝛ animarum/impignoratus eſt ꝛ miſerabiliter obligatus hoſti ferociſſimo diabolo/ꝛ captiuis tenetur funiculis peccatoruz multorum/preſertim clerus/quia hic eſt ſentina in quam vndecumqꝫ confluunt/periſmata ꝛ feces ſacerdotum populus diſſolutiſſimꝰ carnalis/ſuperbus/auarus/guloſus.

¶ Domini mei ſciant/ꝙ hoc originaliter inde prouenit/quia epiſcopi nomine/nõ autem re/qui hactenus prefuerũt/ꝑ negligentiã ſuã ꝛ mala exempla: infecerũt ep̃atũ/quia non ep̃atum verum. i. animas/ſed fictũ. i. tp̃alia/curauerũt/quoꝝ vnus/litigio opida defendens ſuper tp̃alia opida cum temporalibus amiſit ꝛ animas. Alius vanitati vẽtri vel veneri ĩdulgẽs/totꝰ mũdanꝰ/ſpiritualibus ꝛ temporalibꝫ exitio fuit. In ſpiritualibus certum eſt. Nunq̃ enim viſus eſt aliquem actum pontificaliter exercuiſſe/fieri fecit baculum ꝛ mitram/qualia antea nõ erãt. Sed nunq̃ viſus fuit. Ceterum de temporalibus dicant.

¶ Domini mei q̃d impetrauerint primi fructus oĩm bñficioꝝ/quos recepit/q̃d vẽditio butiri: q̃d incorporatio ad menſam epiſcopi monaſterij. S. Fidis: inq̃t annalis illa oĩm ſacerdotum collecta: quid deniqꝫ fiſcalis in multis pecunialibus ſcilicꝫ penis/quotidiana importuna et calumnioſa extorſio.

¶ Domini mei ergo/conſiderare hñt/neceſſe/vt ep̃m eligant redemptorẽ ep̃atus illius Argeñ. principaliter q̃ eſt collectio fidelium huius dioceſis/qui hoc principaliter intendat/ꝛ adiutores adhoc eligat idoneos/extirpatores viciorum/plantatores virtutum/erectores cultus diuini ꝛc. non Sycophantas/adulatores: ſatellites ꝛ latrões. Non venatores ꝛ aucupes meretricũ/ꝛ nũmorum/ſed animarum. Sic Arbogaſtus Amandus ꝛ Florentius/ꝛ temporalia adijcentur.

¶ Domini igitur mei eligant neceſſe eſt epiſcopum/qui ſit irreprehenſibilis/ſit ſine crimine. Non dico ſine peccato. Si enim dixerimus quia peccatum non habemus mendaces ſumus/ſed ſine crimine id eſt ſine infamia. Inſons ſit ergo epiſcopus eligendus a ſeptem criminibus capitalibus.

¶ Eligant igitur ep̃m ſine crimine ſuperbie ꝛ ambitionis qui non deſiderauit ep̃atum/neqꝫ pro eo habendo practicauit q̃ in ſua queſtione cuz ab eo queritur. Uis epiſcopari/ex ſententia dicat nolo/ꝛ ei ſubiungatur/nolentem volumus/qui ſciat id Petri. Non dominãtes in clero ſed forma facti gregis. Et id decretorũ. Epiſcopi ſciãt ſe non dominos ſed preſbyteros eſſe.

¶ Eligant ſc̃do ep̃m ſine crimine auaritie Non lucri turpis cupidũ ſed hoſpitalem. O turpe lucrũ de meretritio ꝑmiſſo alijs viuẽtibꝫ: hoſpitalr paupibꝫ nõ lenonibꝫ ꝛ meretricibꝫ.

¶ Eligãt tertio. Non luxurioſum ſꝫ caſtũ pudicũ boni noĩs nõ fautorẽ venereorũ. Non lubricum.

¶ Eligãt q̃rto. Non iracundũ litigioſum percuſſorẽ: ſed qui pacẽ veram ſectet/beati pacifici. Et Chriſtus pax vobis.

¶ Eligãt quinto dñi mei. Non guloſum/ad oẽs horas bibentẽ: cuiꝰ deus vẽter eſt: nõ tam impinguatus q̃ȝ impregnatus.

¶ Eligant ſexto. Non inuidũ ſed amatorem: Rectorẽ te cõſtituerũt eſto ſicut vnus ex eis. Eligant amatorẽ non oſorẽ ſacerdotũ vpupam proprium defedantem nidum/

quiſit cum ouibus ſicut paſtor [by ſcheff] non excoriatorem ouium/per ſe aut officiales ſed paſtorem/boni enim paſtoris eſt gregem non deglubere ſed tondere.

Eligant. 7. non accedioſum. ſed deuotum deo ⁊ ad diuina feruidum/primo per ſe miſſas faciendo/predicando/conferendo ordines/conſecrando criſma ⁊c. Tempalia alijs committat/ſpiritualia per ſe tractet. Non dicat per alios ſpiritualia faciam/alias ſimilis erit ſeni ducenti vxorem iuuenculam quam impregnare non poteſt/dicit autem cum ei hoc improperatur/vicarium ſubſtituam/qui loco mei pueros generabit/talis ridiculus eſt qui dicit ſe per vicarium eccleſie prouidere velle.

¶ Domini mei talē eligant ſi ſic fecerint facient rem deo angelis/⁊ hominibus gratam. Dicent omnes homines qui audierīt benedictus deus qui viſitauit et fecit redēptionem plebis ſue Iſrael/non cenſuum ꝓuentuum ⁊c. Benedictus deus ꝙ ad hanc horam deuenimus vt ipſum ſimus viſuri apud nos celebrantem diuina facientem/in centum annis nunq̃ auditum eſt neq̃ viſum/ꝙ aliquis epiſcoporum ſpiritualia exercuerit. Non animas ſed burſas viſitauerunt et hoc quidem omni anno.

¶ Porro ſi gaudium eſt angelis ſup vno peccatore penitentiam agente/quale gaudium erit ſuper electione illius qui non vnū ſed centum milia conuertere curabit. Tandem ſatrificium deo placidiſſimum eſt ſalus ⁊ zelus animarum quale igitur placitū eſt deo/animarum eligere paſtorem.

¶ Domini mei ſi talem elegerint/quietā habebunt conſcientiam ⁊ nō perpetuo eos remordentem. Si fauore aut proprio commodo moti/minus idoneum elegerint hec leſa conſcientia eos etiam in extremo nouiſſima morderet. Sed ſic electus erit in eligentes vindex. Regulariter enim ſic fit. Et eſt vulgatum prouerbium/qui redimit aliquē de patibulo/redemptus/in perpetuum redemptori inimicus erit [er wirt ym nymmermer held.]

¶ Domini mei ſi talem elegerint gloriā ſuam tuebuntur et maculam iniectam ore vulgi abſtergent dicentq̃ iam videmus ꝙ non fauor ſanguinis aut queſtus auralia irrationalis cauſa mouit electores ſed legitia ſicq̃ fit vt ora mendacium loquentium que turpe eſt dicere i ꝯuiuijs ſtubarum obſtruant.

¶ Domini mei/hoc ſtatus veſter exigit ⁊ nobilis origo ex Baronibꝰ comitibꝰ/principibus/ducibus regibus ⁊ imperatoribꝰ eſtis: non oportet ergo degenerare/ſed magnifice agere/non ſordide/⁊ ea que alij magnifaciunt floccipendere/ queſtum loquor ⁊ reliqua id genus turpia. Tandem/ecce in manibus veſtris ſite ſunt anime huius dioceſis in numero maxime/veſtrū eſt eas tradere / vel paſtori bono / vel mercenario/ aut lupo/hoc ſi feceritis ſanguis earum de manibus inquirere veſtris. Si illud feceritis/mercedem habebitis a ſummo paſtore alibi/ſed ⁊ hic. Neq̃ de temporalibus cura oportebit ſed crederei qui dixit. Primum querite regnum dei ⁊ iuſtitiā eius ⁊ hec oīa adijcientur vobis. Dixi. Valete.

De Proſpera et Glorioſa Guilhelmi Epiſcopi Argeñ. electione, confirmatione, et conſecratione.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf